

Summarium

Narratur de Marco Atilio Regulo, uno ex illustribus ducibus Romanis, qui bello Punico primo in Africa pugnavit. Captus et Romam missus ut pacem peteret, Romanis persuasit ne cum Poenis pacem facerent; ergo a Poenis in carcerem ductus est et crudeliter necatus.

Marcus Atilius Regulus¹

- 1 Marcus Regulus, consul Romanorum, Poenos magno proelio vicit. Tunc ad eum Hanno, dux Carthaginiensis, venit quasi de pace acturus, sed vere *ut tempus traheret*, donec novae copiae ex Africa advenirent. **Cum** is ad consulem accessit, *Romani milites clamabant dicentes* idem huic faciendum esse **quod** ante paucos annos a Poenis factum erat Cornelio, Romano duci:
- 5 Cornelius enim, *per insidias a Poenis captus*, in vincula coniectus erat. Iam Hanno timere incipiebat, sed periculum callido dicto avertit. «Romani! Si vos», inquit, «hoc feceritis, nihilo eritis Afris meliores». *Consul tacere iussit eos qui eum in custodiam dare volebant*, et responsum dedit conveniens gravitati Romanae: «Isto metu, Hanno, fides Romana te liberat». De pace non convenērunt, **quia** Poenus dux non serio agebat, et Regulus victoriam **quam**
- 10 pacem malebat.
- Regulus deinde in Africam, primus Romanorum ducum, venit. Clypeam urbem et trecenta castella expugnavit. Ei *ob res bene gestas* imperium in annum proximum prorogatum est. Quod ubi cognovit, Regulus scripsit senatui villicum suum in agro quem habebat **mortuum esse**, et servum fugisse cum instrumentis rusticis; petivit igitur **ut** sibi successor in Africam
- 15 mitteretur, ne deessent alimenta uxori et liberis. Senatus, *acceptis litteris*, instrumenta agricola quae Regulus amiserat publicā pecuniā comparari iussit: agrum **colendum** locavit, et alimenta coniugi ac liberis praebuit. *Regulus deinde continuis proeliis Carthaginiensium opes debilitavit, eosque pacem petere coegit. Cum Regulus nollet pacem nisi durissimis condicionibus dare*, Carthaginienses a Lacedaemoniis auxilium petierunt.
- 20 Lacedaemonii Carthaginiensibus miserunt Xantippum, virum belli peritissimum, a quo Regulus victus est: duo tantum milia hominum ex toto Romano exercitu remanserunt: Regulus ipse captus et in carcerem coniectus est.

Callidus, a, um = astutus, a, um

Clypea = urbs in litore Africano, quae hodie appellatur Kélibia.

Quasi de pace acturus = simulans se velle petere pacem

Villicus = agricola

Instrumentum rusticum = instrumentum quo agricolae utuntur ad agros colendos

¹ Verba non usitata post textum explicantur et hoc modo in textu ipso signantur: verbum.

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto 8 parole scelte fra quelle elencate dopo il testo (**INDICA IL NUMERO NELLO SPAZIO BIANCO**):

Romani cum Marco Atilio Regulo Poenos vicerunt; deinde Hanno, dux Carthaginiensium, ad eum venit, tamquam petiturus pacem. Is tamen sperabat copias _____ auxilio venturas esse. Cum Hanno apud consulem fuit, Romani volebant _____ in vincula ducere, quia Carthaginienses idem Cornelio, duci Romano, fecerant. Hanno coepit timere, sed astutus fuit et _____: “Si vos ita egeritis, tamquam nos _____ eritis”. Regulus iussit omnes tacere et iuravit neminem Hannoni iniuriam facturum esse. Pax _____ facta non est, quia Romani vincere cupiebant et Poenus tantum auxilia exspectabat.

Deinde Regulus copias Romanas in Africam duxit et multa oppida cepit; sic Romani ei imperium prorogaverunt. Is autem Romam _____ volebat quod unus ex eius villicis mortuus erat et uxor et liberi, quorum rustica instrumenta a servo rapta erant, cibum non habebant. Senatus Romanus, iis rebus cognitis, nova instrumenta Reguli familiae dedit et mulieri puerisque alimenta praebuit. Ergo Regulus in Africa mansit, multis proeliis Poenos vicit et ii pacem _____; Romanus autem durissimas condiciones imposuit, _____ Carthaginienses noluerunt accipere. Deinde Xantippus, qui a Lacedaemone Poenis auxilio venit, Regulum vicit et in captivitatem duxit.

- | | | | |
|-----------|---------------|---------------|-------------|
| 1. Se | 5. Autem | 9. Poenum | 13. Dixit |
| 2. Fugere | 6. Afri | 10. Quas | 14. Dicitur |
| 3. Poenis | 7. Quae | 11. Eum | 15. Afrorum |
| 4. Darent | 8. Petiverunt | 12. Quaesivit | 16. Redire |

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e **BARRA LA RISPOSTA ESATTA (VERO O FALSO)**

1. Regulus et Hanno pacem facere volebant, sed Romani Hannoni insidias paraverunt ut eum necarent	V	F
2. Cornelius cupiebat Hannonem in vincula ducere, sed Regulus id non fecit	V	F
3. Res Regulo secundae fuerunt et is saepe vicit in Africa	V	F
4. Regulus in Africa manere nolebat, nam Romae servus eius uxorem liberosque necare volebat	V	F
5. Senatus Romanus Reguli coniugi puerisque alimenta praebuit, dum Regulus in Africa manet	V	F
6. Regulus voluit de pace agere cum Poenis iam debilitatis, sed ii noluerunt durissimas condiciones accipere	V	F
7. Carthaginienses sperabant Lacedaemonios auxilio venturos esse, sed ii tarde venerunt	V	F
8. Deinde Regulus victus est et magna pars Romanorum exercitus deleta est	V	F

3. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte **E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante)**

1. Quis est Regulus?
 - a. Dux qui in Africa magnas victorias obtinet
 - b. Primus ex Punicis ducibus qui in Africa cum Romanis pugnat
 - c. Primus dux qui provinciam Africam regit
 - d. Primus dux qui Xantippo auxilio venit

2. Cur Hanno ad Romanum consulem venit?
 - a. Quia vult de pace agere aequis condicionibus
 - b. Quia sperat Afrorum copias Poenis auxilio venturas esse
 - c. Quia sperat Lacedaemonios auxilia missuros esse
 - d. Quia vult pacis durissimas condiciones mutare

3. Quid volunt Romani facere cum Hanno apud eos est?
 - a. Magnā voce clamant quia eum necare volunt
 - b. Magnus clamor fit quia volunt Hannonem Carthaginem redire
 - c. Magnā voce clamant quia volunt punire Carthaginenses qui Cornelio iniuriam fecerunt
 - d. Magnus clamor fit quod non volunt in vincula Hannonem ducere

4. Quid facit Hanno?
 - a. Hanno timet pro suā incolumitate sed summā astutiā se servat
 - b. Hanno tacet sed consul eum servat summā astutiā
 - c. Hanno de pace cum Romulo agit
 - d. Hanno petit a Regulo ne eum occidat

5. Cur illo tempore pax a Regulo et Hannone non fit?
 - a. Quia Romani imponunt condiciones quas Poeni non accipiunt
 - b. Quia Poeni vincere malunt et bellum renovant
 - c. Quia Poeni de pace agere nolunt sed exspectant Afras copias
 - d. Quia Romani Regulum in Africam mittere volunt

6. Cur Regulus vult Romam redire?
 - a. Quia magnam caedem a Poenis accipit
 - b. Quia Romani eius imperium prorogare nolunt
 - c. Quia eius agricola mortuus est, et eius familia alimenta non habet
 - d. Quia Reguli servus eius agrum vastavit

7. Quomodo Regulus Poenos pacem petere cogit?
 - a. Cum iis in acie pugnat et vincit
 - b. Iis durissimas condiciones imponit
 - c. Eos cogit a Lacedaemoniis auxilium petere
 - d. Saepe cum iis pugnat et Carthaginenses debiles fiunt

8. Quis est Xantippus?
 - a. Afer dux qui auxilio Poenis venit
 - b. Dux qui capit et occidit Regulum
 - c. Dux qui vicit Regulum et eius exercitum
 - d. Dux quem Lacedaemonii auxilio Poenis mittere nolunt

1	2	3	4	5	6	7	8

4. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte **E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE** (n.b.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante)

1. r. 3: *Cum* è:
 - a. Preposizione
 - b. Congiunzione temporale
 - c. Avverbio relativo
 - d. Congiunzione correlativa

2. r. 4: *Quod* è:
- Congiunzione
 - Pronome interrogativo
 - Pronome relativo
 - Pronome dimostrativo
3. r. 7: *Eos* è:
- Aggettivo determinativo accusativo
 - Pronome determinativo accusativo
 - Pronome relativo accusativo
 - Aggettivo possessivo accusativo
4. r. 9: *Quia* introduce:
- Una proposizione oggettiva
 - Una proposizione soggettiva
 - Una proposizione temporale
 - Una proposizione causale
5. r. 9: *Quam* introduce:
- Una relativa
 - Un'interrogativa indiretta
 - Il secondo termine di paragone
 - Un'apposizione del complemento oggetto
6. r. 13-14: *Mortuum esse* è:
- Un infinito presente deponente
 - Un infinito presente passivo
 - Un infinito perfetto passivo
 - Un infinito perfetto deponente
7. r. 14: *Ut* introduce:
- Una completiva
 - Una finale
 - Una consecutiva
 - Una comparativa
8. r. 16: *Colendum* è:
- Un gerundio
 - Un gerundivo
 - Un participio presente
 - Un supino

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito:

- r. 2: *Ut tempus traheret*
Ad tempus _____
- r. 3: *Romani milites clamabant dicentes*
Romani milites clamabant dum _____
- r. 5: *Per insidias a Poenis captus*
Postquam a Poenis per insidias _____
- r. 7: *Consul tacere iussit eos qui eum in custodiam dare volebant*
Consul imperavit ut ii, qui eum in custodiam dare volebant, _____

- e. r. 12: *Ob res bene gestas*
Ob res quae bene _____
- f. r. 15: *Acceptis litteris*
Cum litterae _____
- g. rr. 17-18: *Regulus deinde continuis proeliis Carthaginiensium opes debilitavit, eosque pacem petere coegit*
Regulus deinde continuis proeliis Carthaginiensium opes debilitavit, et effecit ut ii pacem _____
- h. rr. 18-19: *Cum Regulus nollet pacem nisi durissimis condicionibus dare*
Quia Regulus _____ pacem nisi durissimis conditionibus dare...

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nel seguente brano, tratto dal prosiegno di quello analizzato (**PER CONSEGUIRE IL LIVELLO A2**):

Deinde Romam Regulus missus est, ut senatui persuaderet ut captivos permutaret; quod si non impetravisset, rediret ipse Carthaginem. Regulus autem, cum Romam venisset, inductus in senatum, mandata _____. Iussus sententiam aperire, negavit esse utile _____ Poenos reddi, quia adulescentes essent et boni duces, ipse vero iam senex. Cum valuisset eius auctoritas, captivi _____.

Regulus deinde, cum retineretur a propinquis et _____, tamen Carthaginem rediit: neque vero tunc ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad diversa supplicia proficisci. Reversum Carthaginienses _____ cruciatu necaverunt: palpebris enim resectis, aliquandiu in loco _____ tenuerunt; deinde, cum sol esset ardentissimus, repente eum eductum videre caelum _____; postremo in arcam ligneam cum ferreis clavibus incluserunt et de monte demiserunt. Haec fuit Atilii Reguli mors, post _____ per maximam gloriam actam.

Amicus, -i, m.

Captivus, -a, -um

Cogo, is, coegi, coactum, -ĕre

Expono, -is, -posui, -positum, -ĕre

Obscurus, -a, -um

Omnis, omne

Retineo, -es, -ui, -tentum, -ĕre

Vita, -ae, f.